

Heinrich Rudolph Redecker

**Heinricus Rudolphus Redeker/ I.U.D. ... Ad Exequias quas ... Dn. Jacobo Schoff/  
Secretario huius Urbis ... Vidua eius moestissima, & liberi afflictissimi Hodie ...  
parant. Omnes ac singulos Academiae Cives officiose & amanter invitat**

Rostochi[i]: Kilius, [1666]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777426064>

Druck Freier  Zugang




**Redeker, H. R.,**

in


**J. S c h o f f.**

Rost. 1666.

37







HEINRICUS RU-  
DOLPHUS *Redeker/*

J. U. D. P. P. Univers. Rostoch.

RECTOR, Sereniss. Ducis Mech-



Reb. Consil. & Consistorii Ducalis

Assessor,

*Ad Exequias*

quas

*AMPLISSIMO ET  
CLARISSIMO*

DN. JACOBO

*Schoff/*

Secretario hujus Urbis fidelissimo

& meritissimo,

Vidua ejus moestissima, & liberi

afflictissimi

Hodie hora prima, in æde D. Mariæ sacra, parant.

Omnes ac singulos Academiae

Cives officiose & amanter

invitat.

---

*ROSTOCHL, Typis JOHANNIS KILLI, Acad. Typogr.*



Salutem!



Inquam, vel hodie maxime, *Cives Academici humanissimi*, flebile cogor indicere funus, & ad eundem, exequias, *Viro Clarissimo & Amplissimo D. N. JACOBO Schoff/ Secretario Reipublica hujus urbis fidelissimo & meritissimo*, hodie parandas, vos, qui humanitatis studium, quod Literatis præprimis decori est, profiteremini, honorifice compellere. Non equidem miserum aut flebile est, vitam cum morte commutare, cum nulla major sit felicitas, quam extra vitæ hujus symphlegadas, ærumnas, & calamitates in tuto esse, & inter beatos vivere: Miserum tamen est, relinquere viduam mæstissimam, & orphanos patris auxilio & consilio egentes; quæ inde etiam miserabiles personæ in bene ordinata republica reputantur, & optimis privilegiis fruuntur. Miseram autem, & omnino calamitosam esse viduarum, & orphanorum sortem, adeo experientia testatum facit, ut, qui hoc negare ausit, omnem veritatis professionem negasse videatur. Unde apud Senecam fidelis conjugis jactura, non inepte, censetur intolerabilis. Cum vitæ ac tori consorte abrepta, pars corporis avulsa intelligatur. Sunt conjuges, qui  
unum

unum lætitiæ ac triftitiæ jugum fufinent, duæ veluti columna, quibus omnis œconomiæ moles fufinetur: harum fi alterutra, & præprimis Paterfamilias, corruat, omnem familiæ splendorem fimul corruere, & œconomi- am concidere neceffum eft. Siquidem quod antea com- mune erat onus, & quæ curæ divifæ, uni, & quidem, in præfenti hoc noftro luctuofa cafu, fequi fequiori, qui ex prudenti Romanorum inftituto, olim in perpetua cura, effe folebat, imponuntur. At quanta cum moleftia & quanta cum difficultate? Quaterni, ut Antipatri apud Stobæum iudicio utar, antea profpiciabant oculi, quid curandum, quidve agendum; jam bini tantum: quater- næ audiebant aures, quid actum, quidve ageretur; jam folum binæ: quaternis manibus probè junctis opera familiæ perficiebantur, & res familiaris adminiftrabatur, feffisque alteris aut impeditis, alteræ jam fuum præfta- bant officium; Jam binæ tantum funt, quibus feffis aut læfis, non aliæ subsidio veniunt, aut opera domestica per- agunt. Inde leffum Corneliæ funeftiffimum, fuper obitu Pompei, graphice admodum defcribit *Lucan.* & ita con- cludit

-- *Sævum arctè complexa dolorem.*

*Perfruitur lacrymis, & amat pro conjuge luctum*

Per fe certe imbecillis res eft famina, fed affert infirmitati naturali non leve pondus, quod vidua eft; in folitudi- nem enim converfa funt, quæ præfidia antea fuerunt, quando maritus ex amplexibus fvaviffimæ conjugis abri- pitur. Imo hujuscemodi calamitatem grandem, altitudi- nem vulneris gravitatemq; , nemo intelligere, explicare, vel luculentius attestari potest, nifi qui eandem adverfæ fortunæ tempeftatem eft expertus. Illacrymamur pro- inde jure meritò cafui, quo, morte *optimi hujus viri*, do-  
mus



mus Schofia est oppressa : in qua mœstissima Vidua aman-  
 tissimum suum maritum, ipsis oculis sibi cariorem! liberi  
 autem, mœrore obruti, charissimū parentem, acerbissimis  
 lacrymis prosequuntur! Quantò itaq; majori consolatio-  
 ne hæc afflictissima vidua, cum orphanis suis luctu plenis,  
 indiget, tantò prolixiori affectu piam nostrā & Christianā  
*evangelicam*, ut mœroris acerbitem aliquantum lenia-  
 mus, ipsi contestari, adeoque honorificā pie defuncti se-  
 sepulturā, luctum illorū allevare, tenemur. In lucem au-  
 tem *Hic* editus est, die veneris post festū gloriosæ Salvato-  
 ris nostri ascensionis, horā decimā vespertinā, Anno 1635,  
 in Civitate Sternebergensi, quæ ejus Patria haud modicū  
 sustinet splendorem, quod in ea, Dicasterium justiti-  
 æ Mechlenb. Ducatus, est fundatum. *Patrem habuit*  
*Virum Spectatissimum, Dominum NICOLAUM Schoff, di-*  
*ctæ Civitatis Senatorem, virum integrum vitæ, scelerisq; pu-*  
*rum: Matrem autem feminam honestis moribus decoratam.*  
**MARGARETAM Gruben.** Avus ejus paternus, fuit  
 civis & Senior Pistorum apud Sternebergenses industrius,  
 & boni nominis, **NICOLAUS Schoff**: Avia paterna au-  
 tem, **ANNA Duncters** / fæmina â probitate, quæ maxi-  
 mum hominis Christiani ornamentum est, bene lau-  
 data. Avum maternum habuit **Jürgen Grube**, civem.  
 & provisorum Ecclesiæ Sternebergensis præstantissimum:  
 Aviam maternam autem, **MARGARETHAM Jordans**,  
 quæ familiam suam, Sternebergæ adhuc superstitem, ob-  
 morum & vitæ innocentiam, conspicuiorem reddidit. Ex  
 hisce majoribus progenitus pie defunctus, per sacrum  
 baptisma, â primo nativitatæ tempore, in Ecclesiam  
 Christi relatus, & â parentibus suis, quibus unica cura  
 erat, ut ad gloriam Dei, & proximi salutem educaretur,  
 in pietate & bonis moribus rite eruditus est. Cumque  
 ejus

ejus bona indoles, & animi dotes magisque ac magis erumperent, majorem etiam illarum curam, parentes ejus, ut crescens ætas bonis literis imbueretur, sollicitè habuerunt: adeoque, à primis ipsis annis, optimis & præstantissimis Præceptoribus, ut ad rectum fingeretur, concreditus est. Proinde primùm in Scholam Gustroviensem, cui egregii tunc temporis moderatores præerant, missus est, jactisque ibidem humanioris literaturæ primis fundamentis, Lunæburgum ivit, ubi tam solide profecit, ut dignus judicaretur, qui cum laude ad Scholas Regias ablegaretur. Academiam itaque Patriam, consilio suorum parentum, primum salutavit, nec salutavit tantum, sed etiam ad aliquot annos feliciter in illa substitit, & egregios, in artibus liberalibus, progressus fecit. Postea in Academiam Gryphicam se contulit, ex quâ, post aliquod temporis spatium, in hanc Academiam se iterum recepit, summâque cum diligentia, & indefesso labore, studio juris operam dedit. Postquam autem, morum elegantia, & indubitata eruditione, se bonis omnibus, præcipuè autem eruditis, probavit, facile etiam illorum favores obtinuit, adeo ut, *Vir Pl. Reverendus & Excellentissimus DN. JOHANNES QUISTORPIUS SS. Theol. D. & Prof. celeberrimus, nec non Pastor Ecclesie Mariane, Rev. Minist. Senior, & Superintendens fidelissimus, beata recordationis*, cum pudicissimam & castissimam ejus filiam, Virginem MARGARETHAM, viduam jam mœstissimam, quæ conjunctissimi, & desideratissimi mariti obitum calidissimis lacrymis acerbè luget, honestè, ut matrimoniali fœdere sibi jungeretur, ambiret, ipsi lubentè animo consentiret. Quapropter 10. die Febr. Anno 1641. cum ea, præviâ benedictione sacerdotali, matrimonium consummavit. Fuit autem matrimonium illud, benedicen-

te Deo, sic satis felix: ex optimâ enim hac sua uxore octo  
liberos suscepit, (1) JOHANNEM NICOLAUM Medic.  
Stud. florentissimum, qui præfens, ægrotanti optimo patri  
cultum & curam omnem exhibuit, (2) BARBARAM, quâ  
*Viro Spectatissimo & Præstantissimo* CHRISTOPHORO JA-  
COBI, *Cellæ vinarie majori, quæ Lubecæ est, Præsfecto*, matri-  
moniali fœdere junxit, quæ una nepte, BARBARA DO-  
ROTHERA dicta, & duobus nepotibus, DANIELE &  
CHRISTOPHORO, patrem beavit (3) JACOBUM J. U.  
Stud. industrium (4) JOACHIMUM FRIDERICUM, qui  
in Hafniensi Regiâ civitate cum laude degunt (5) MAR-  
GARETHAM JUSTINAM virginem pudicissimam, quæ  
boni parentis funus, acerbo mœrore prosequitur (6) MA-  
RIAM, quæ Lubecæ cum Sorore vivit (7) & (8) HEIN-  
RICUM & LUCIAM geminos, ex quibus *ille*, ex hac, ad  
æternam vitam migravit, *hec* autem vitali adhuc fruitur  
aura, & svavissimum suum patrem, quem ocys nimi-  
um amisit, lacrymis acerbis luget. Deus, qui Viduarum  
& Orphanorum defensor est, & assertor, velit horum o-  
mnium curam habere, illosque ab omni malo defendere.  
Propter morum probitatem autem, fidem, & eruditio-  
nem haud vulgarem, Reverendum hujus Universitatis  
Concilium p. d. officium substituti Secretarii detulit. Post-  
ea autem Amplissimus hujus Urbis Senatus, 22. d. Martii  
Anno 1644. Secretarii Urbici vices ipsi demandavit. Quod  
officium summa cum laude hætenus sustinuit, talemq;  
se, tum in publicis, tum in privatis negotiis præbuit, ut  
ubiq; munia boni viri, & inculpati civis expleret. Nec pri-  
quicquam, aut posterius, in votis habuit, quam ut officii  
partes, sedulo semper, & summa fide, summaq; cum vigi-  
lantia expediret. Quapropter etiam aliquoties in Daniam  
Reipb. causa ablegatus est, ubi semper, quæ in mandatis  
habuit,

habuit, fideliter peregit, talemque se ex rerum argumen-  
tis ostendit, qui bene de omnibus contendit mereri. Ne-  
mini consilium, nemini opem, operamve, quantum in  
manu ejus erat, suam deesse passus est: Ante tres qua-  
drantes anni autem, haud leviter Scorbutò laborare cœ-  
pit, qui morbus, uti fieri adsolet, varia admisit Sympto-  
mata, & morbi variantis difficultates. Et quamvis Vir  
Amplis. & Claris. Dominus D. Dábell Medicus eximi<sup>9</sup>  
omnem diligentiam, ut pristinae sanitati, ægrotans, restitue-  
retur, adhiberet, vis morbi tamen, quavis interdum, ad pu-  
blicam etiam congratulationem, remitteret, ante 4. se-  
ptimanas ita prævaluit, ut omnem vitæ spem tolleret.  
Adeoq; malum hoc, quod accurata Medicorum judicia,  
hydram potius scorbuticam, quam hydropem ex Scor-  
buto vocitant, in quo etiam hydrocele apparuit, fecit,  
ut, prostrato appetitu, quiete, & corporis robore, horâ  
tertiâ matutinâ, die decimo hujus mensis, inter devotas  
preces & suspiria, placidè obdormiret, animamq; Salva-  
tori suo redderet. Quam piè autem & devotè, cum vi-  
tæ terminum instare persentisceret, se Deo suo commen-  
darit, testis est, Vir Pl. Rever. & Excellentissimus  
DN. HEINRICUS MULLERUS SS. Th.  
D. Prof. celeberr. & Ecclesiæ Marianaë Pastor vigilan-  
tissimus, amicus & collega noster venerandus, omni ex-  
ceptione major. Cum itaque acerbo hoc casu, vidua  
& liberi, qui, uno duntaxat excepto, adhuc superstans om-  
nes, ingenti dolore sint affecti, Nostrum erit, *Cives Aca-*  
*demici honoratissimi*, ut dolorem illorum aliquantulum  
leniamus, eò prolixius & diligentius, optimi viri, venire,  
exequias: siquidem vita functos omni honoris officio co-  
lere, & afflictissimis solatium aliquod præbere, charitatis  
simul Christianæ, & humanitatis officium proprium est. Ego  
proin-

proinde, omnes ac singulos Academiae Cives, cujuscunq;  
sint ordinis, amice rogo ac hortor, ut, cum honestissimi hu-  
jus viri exuvia hodie, terrae, omnium matri, sint iterum  
reddendae, velint, in gratiam afflictissimae hujus familiae,  
hora prima, in templo D. Mariae, frequentes confluere,  
& funus viri bene meriti honorato comitatu adornare.  
Ite ergo exequias, & mortalitatis vestrae statum vobis,  
cum *Gregorio*, in memoriam revocate. *Qui, Feliciter,*  
*inquit, quis in alterius funere meditando stu-*  
*dium locat, quod in suo adornando reme-*  
*dium ferat.*

P.P. Rost. sub Sigillo Acad. 13. Julii  
Anno 1666.





Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.







habuit, fideliter peregit, talemque se  
 tis ostendit, qui bene de omnibus co  
 mini consilium, nemini opem, ope  
 manu ejus erat, suam deesse passus  
 drantes anni autem, haud leviter Sco  
 pit, qui morbus, uti fieri adsolet, va  
 mata, & morbi variantis difficultate  
 Amplis. & Claris. Dominus D. Dáb  
 omnem diligentiam, ut pristinae sanitat  
 retur, adhiberet, vis morbi tamen, qu  
 blicam etiam congratulationem, re  
 ptimanas ita prevaluit, ut omnem  
 Adeoq; malum hoc, quod accurata  
 hydram potius scorbuticam, quam  
 buto vocitant, in quo etiam hydroc  
 ut, prostrato appetitu, quiete, & cor  
 tertiâ matutinâ, die decimo hujus m  
 preces & suspiria, placidè obdormiret  
 tori suo redderet. Quam piè autem  
 tæ terminum instare perentisceret, se  
 darit, testis est, Vir Pl. Rever. &  
 DN. HEINRICUS MULL  
 D. Prof. celeberr. & Ecclesiae Maria  
 tissimus, amicus & collega noster ven  
 ceptione major. Cum itaque acerb  
 & liberi, qui, uno duntaxat excepto, a  
 mnes, ingenti dolore sint affecti, Nostr  
 demici honoratissimi, ut dolorem illor  
 leniamus, eò prolixius & diligentius,  
 exequias: siquidem vita functos omni  
 lere, & afflictissimis solatium aliquod  
 simul Christianæ, & humanitatis officii



argumen  
 eri. Ne  
 tum in  
 res qua  
 rare cœ  
 sympto  
 nvis Vir  
 s eximi  
 restitue  
 , ad pu  
 te 4. se  
 olleret,  
 judicia,  
 ex Scor  
 t, fecit,  
 e, horâ  
 devotas  
 Salva  
 um vi  
 mmen  
 issimus  
 S. Th.  
 vigan  
 anni ex  
 , vidua  
 stant o  
 es Aca  
 tulum  
 venire  
 cio co  
 aritatis  
 st. Ego  
 proin-